Quelle: http://manuscripta.at/?ID=83
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

73

addita ʒ i minoris bene. Utatur omni mane oximelle facto ex radicibus raffani
vel squilliticum detur cum aqua decoctionis seminum feni mastic et anisi. Utatur etiam sirupo facto
ex succo sumatum ebuli tenerrimi sambuci et fumiterre solus etiam succus ebuli datus
in mane cum zucara mirabiliter valet. Ebulus et sambucus bulliantur in aqua et hac aqua
pedes frequenter foveantur et laventur. detumescent pedes. Item qui ydropici sunt ex
indigestione laborant utantur aloe epatico xvi dierum spacio quibus diebus accipiant
unius denarii pondus in brodio pulverizatum quod potissime valet contra ydropisim et indi-
gestionem quia stomachum confortat et vias splenis et epatis aperit. Aliud contra ydropisim et splenis
oppilationem succo plantaginis repleatur olla fictilis usque ad summum. super ponatur pannus lini orificio
ipsius olle et firmiter ligetur. super pannus lineus et super ponantur cineres et sic bu-
lliat super prunas usque ad medietatem et detur omni mane summum … Nouit
esse summum … in hac autem tamen … est et … ducatur … ad
balnea salsa et sulfurea et aluminosa. sed postquam lavetur aqua in sudario sudet
calidis unguentis inunctus ut arragon marciaton et similibus in caminibus diebus … ducantur
arena calida ut sudet cum stercore bovino ~~et formento aceto bulliat~~ postquam inunctus fa-
cienda sit … cathaplasma desiccativum et extenuativum camamilla mellilotum costum
aloe spica nardi pulverizantur pulvis cum stercore bovino et formento aceto bulliat
addita ordei farina et cathaplasmetur. Aliud alumen scissum sulfur vivum bacce lauri
aspaltum radix cucumeris sterkus columbinum ficus sicce terantur in aceto fiat cathaplasma et
sepe renovetur. non solum valet … sed contra ventositatem est precipuum. Item sinapis
bibita vel decoctio eius tanto sanat ydropem et calorem epatis curando … Urina
pirorum cum melle trita et bibita dolorem epatis tollit. Urina capre curat
ydropicum … Urina leporis bibita ydropem curat. Pulvis magnetis cum
lacte potatus solvit ydropicum … et liber de naturis rerum. Adeps delfinis
marini liquefactus et cum vino potatus ydropicum sanat plenius. Contra
cura in omnibus speciebus ydropisis est in principio dum autem incipit fit … in fibri
in digitis et … non recipere in porto sed … aquosa superfluitatibus dimittatur
exire. Notandum quod febris superveniens ydropico malum. tussis superveniens similiter mala
unde ypocras. Si tussierit desperatus sit. Si vero diu passus fuit ydropicus et postea
tussierit mortale est. Splenis officium est depurare … a superfluitatibus me-
lancolie. Fiunt autem in splene diverse passiones tumor videlicet ex … dolor generatur De dolore splenis
quandoque ex humore quandoque ex grossa ventositate et … Tumor quandoque et …
fit ex humore melancolico quandoque ex colera sed raro humor autem melancolicus …
generatur in corpore ex longo usu melancolice diete utpote carnibus vaccine caprine
… et similium et ex multo potu aque frigide in febribus ex longa …
non bene digesta utpote … et similibus ex quibus melancolia in multa quantitate generatur